



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

211. An, & qualiter inducatur privatio beneficii per procuracyem abortûs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

inde id negantem; quia in citato textu non dicitur: ipso jure amittant; sed simpliciter amittant; quod verbum non importat sententiam ipso jure latam; sed judicis sententiâ ferendam. Verum, ut patet; textus loquitur de utroque tam beneficio verè ecclesiastico, quam de temporali officio & feudo; Castr. loc. cit. Garc. n. 57. citans Rebus. in pr. de mod. amitt. benef. n. 45. Tolet. Gregor. Gabr. &c. Neque dicitur in citato textu simpliciter amittant; sed pro rors amittant: quod quia et quia: omni modo, seu totaliter amittant, importat idem, quod ipso jure, vel facto amittant. Castr. citans Tiraq. in l. si unquam. c. de revocand. donat. n. 71. Sanch. de matrim. l. 3. d. 35. n. 8. Garc. n. 58. citans Abb. in cit. c. n. 7. gl. in c. final. de prescr. in 6. v. ipso jure. Felin. in c. Rodolphus. de rescrip. n. 34. & alios. In simili de dictione penitus, de quo vide Garc. p. 8. c. 1. n. 5. Quartus: occidentes, vulnerantes, vel quoquo modo offendentes, in Curia Rom. litigantes, eorumque judices, advocates, Procuratores, Notarios, ipso jure amittunt sua beneficia, iuxta Constitut. Alex. VI. quæ est II. & incipit; In eminentia; quam latè explicat Puteus de c. 1. & seq. l. 1. Castr. cit. n. 5. Gonz. gl. 15. n. 100. Barb. juris Eccles. l. 3. c. 1. 4. n. 60. citans Mandol. consil. 60. & Vivian. Chok &c.

3. Respondeo ad secundum; de cetero praescindendo à percussione dictarum jam personarum, percussio simplex aliorum, vel etiam vulneratio cum effusione sanguinis, vel mutilatio non causat hanc privationem beneficiorum ipso juro. Et licet percussio clerici ipso facto inducat excommunicationem, de hoc loquendum, sicut de aliis excommunicatis. De his tamen expresse ait Garc. cit. c. 10. n. 178. percutientes clericum, & sic sacrilegium committentes, non sunt privati ipso jure, imò nec regulariter privandi beneficii, sed incurvant excommunicationem. Licet etiam mutilatio membra, seu vulneratio, ex qua mors sequatur, inducat irregularitatem, de hac pariter loquendum, sicut paulo ante, de irregularitate ex homicidio aut alia. Ita colligere licet ex Tond. p. 1. c. 97. n. 25.

Quæstio 210. Quid sit assassinus, & qualiter committentis assassinum exinde vacat beneficia, & qualiter in ordine ad hunc effectum vacationis justificandum assassinum?

1. R espondeo ad primum: assassinos dici constituentes & conductos pretio ad effundendum sanguinem, seu occidendum christianum. Azor. p. 2. l. 7. c. 17. q. 1. §. oclavum. Lott. l. 3. q. 31. n. 34. qui etiam ibidem crimen illud numerat inter ea, quæ ob atrocitatem sunt, ob speciale oppositionem, quam habent cum naturâ humana, vocantur recessus, seu apostata à natura. Porro de essentia assassinii esse, ut fiat interveniente pecunia, aut alio premisso, quod esset loco pecunia, ait Tond. p. 1. c. 27. n. 8. ex Farinac. de homicidio. q. 123. n. 19. & seq. & n. 41. & 153. sic Parisi. l. 14. q. 7. n. 33. & 34. citatis pluribus dicit, assassinum committi, non solum datâ pecunia, sed etiam sola promissione. Idem habet eod. l. 7. c. 10. n. 42.

2. Respondeo ad secundum: assassinum inducit privationem seu vacationem omnium beneficiorum ipso jure tam respectu conductentis quam conducti, ut & respectu omnium, qui assassinum receperint, defenderint, occurrant, ita ut liberè ea beneficia conferri possint ab iis, ad quos spectat col-

latio; ita expresse c. i. de homicidio. in c. Barb. juris Eccles. l. 3. c. 14. n. 27. citans plures. Azor. loc. cit. Lott. loc. cit. n. 35. Tond. loc. cit. n. 4. Garc. cit. c. 10. n. 54. Gonza gl. 15. n. 76. Castr. loc. cit. n. 4. Proced iisque ipsum, licet re ipsa effectus semper fecuta non fuerit, Azor. Castr. l. loc. cit. Tond. p. 1. c. 97. n. 33. addens id principiè verum, ubi ad actum proximum de ventum fuerit, ac citatis Carol. de Graffis. de effectu cleric. effectu. l. n. 700. Farinac. de homicidio. q. 122. n. 10. 4. & seq. Lott. loc. cit. n. 38. dicens, id esse ob atrocitatem illius singularem; unde proximum sit criminis læsa majestatis (quod est) A postasia à principe per offensam ejus majestatis) ac proinde in eo ac in criminis læsa majestatis & quæ puniri affectum quam effectum. Quod ad receptores vero assassinii, ut hinc currant dictam peccatum, requiri in receptione dolum & malam intentionem, tradit Tond. cit. q. 27. n. 7. ex Farinac. de consilior. q. 133. n. 55.

3. Respondeo ad tertium: ad probandum assassinum non exigunt testes citata parte, ubi ageretur ad effectum privationis beneficii, etiam cessante periculo moræ (super quo periculo videtur fundata dispositio illa cit. c. i. de homicidio. in deferendo probabilibus argumentis, ut explicat Rota apud Crescent. de c. 2. n. 7. de testibus) Lott. loc. cit. n. 40.) tenet Farinac. in pr. crimin. q. 72. n. 122. cum pluribus ab eo congestis, ut referit Lott. loc. cit. n. 39. quam sententiam, et si idem Lott. dicat ibidem minime recipiendam; principiè ubi de hoc ageretur ad effectum privationis. Subiungit tamen n. 41. verum esse, quod ob immunitatem criminis sufficient probabilia argumenta, ut loquitur textus cit. c. i. citat pro hoc Gemin. ibidem. n. 10. Archid. n. 2. Franch. n. 15. Decian. in tr. crimin. p. 24. l. 9. c. 30. n. 22. Imperanti vero ex hoc capite duo necessario præstanda; Primo: justificanda formalitas assassinii, nimur ex simultanea conventione de occidendo hominem christianum pro pecunia datâ vel promissâ, nihil tale ab ipso occisoris metuenter. Lott. n. 42. ex Farinac. consil. 10. n. 1. Alterum, ut dum constituitur, eum sit probatio per argumenta, hæc debeant esse probabilia, ut ait textus, id est, talia, ex quibus oriatur judicium indubitatum. Lott. n. 43. citans Farinac. in pr. q. 87. n. 43. & 48. Nullatenus vero suffragatur tali imperationi sententia declaratoria commissi assassinii per alium, quam per judicem Ecclesiasticum latam; cum certum sit, sententiam super hoc scelus latam à judice laico contra clericum nullam esse ex defœtu jurisdictionis. Lott. n. 44. & 45. citans Farinac. q. 8. n. 83. & Cardinal. Albanum. consil. 13. Unde etiam, dum hoc crimen impingit fratribus, militibus, religiosis, donatis, servientibus, servitoribus aut presbyteris secularibus in eorum Ecclesiæ servientibus Religionis Hiesopolymita- na, ejus cognitionem spectare ad judices Ecclesiasticos, nimur ad Superiorum illius Religionis adjuncto Episcopo privativè ad quoscumque alios, sancitum esse à Clem. VIII. in constitut. ejus 37. sub da- to 18. Decemb. 1595. testatur Lott. n. 47.

Quæstio 211. An, & qualiter inducatur privatio beneficii per procurationem abortus?

R espondeo: praterquam, quod scelostissimi hi à natura Apostataentes (ut eos vocat Lott. cit. q. 31. n. 52.) teneantur l. cornelia. de seccariis, ut poete veri homicida, dum foetus animatus est, & ex dispositione juri civili pœna capitali plestantur,

Cicer. ff. de penit. si beneficiari sunt, qualescunque elemum sint, ipso jure privantur quibuscunque beneficii. Lott. n. 48. & 52. quæ penas, uti & alia contra eos late à Sexto V. in confir. que est 87. sub dato 4. Calend. Novemb. 1588. ut manifestius & distinctius intelligatur, plurib[us]que circa hoc dubius responderetur, lobet hic ipsa verba constitutionis dare. Relata igitur specie tam detestanda contra naturam humanam rebellionis, & ab ea apostasia, sic inquit Pontifex: Omnes & quoscunque tam viros quam mulieres, cuiuscunque statu, gradu, ordinis, & conditionis, etiam clericos & clavates, vel cuiuscunque ordinis regulares, quavis dignitate aut præminentia Ecclesiastica, vel mundanâ fulgentes; qui de cetero per se, aut per interpositas personas abortis, seu fœtus immaturi, tam animatis, quam inanimatis, formati vel informis, ejectionem proculaverint, percussione, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribusque mulieri pregnanti imponitis, aut alias etiam incognitis vel maxime exquisitis rationibus, ita ut re ipsa abortus inde secutus fuerit, ac eriam pregnantes ipsas mulieres, qui scientes præmissa fecerint, penas tam divinas, quam humanas jure, ac tam per canonicas sanctiones & apostolicas constitutiones, quam civilia jura adversus veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu & reipsa patraverint, propostas, & inflictas (quorum omnium tenores his nostris literis pro expressis, & ad verbum inseritis habemus) eo ipso incurre hac nostra perpetuâ valitaria constitutione statuimus, & ordinamus ipsas penas, leges & constitutiones ad casus prefatos extendimus. Et §. 2. eos verò, qui clerici fuerint, omni privilegio clericalis ordinis, officiis, dignitatibus ac beneficiis Ecclesiasticis, quæ sic vacatura nostra & Sedit Apostolica dispositioni perpetuâ reservamus, ipso facto privamus, adeo ut illi, qui hoc delictum commiserint, non sequentur a iis, qui suâ voluntate, homicidium perpetrarent, iuxta Concil. decret. eriam si crimen id nec ordine judicario probatum nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, ad sacros Ordines promoverit, aut insuscipit Ordinibus ministrare nullo modo possint; nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, eriam curam non habent animatum, conferri liceat; sed omni ordine, & beneficio, & officio perpetuo careant, &c. Unde patet in ordine ad declinandum hanc privationis penam, aliasque frustra obtendi distinctionem fœtus animatus & inanimatus. Neque etiam posse pretendit causam aliquam, quæ excusat, etiam impudicitie tegenda. Lott. loc. cit. n. 58. ex Graffio decis. aurea. p. 1. l. 2. c. 53. n. 27. & Joanne de Anania. cons. l. n. 10. Quidquid sit de eo, ut inquit Lott. n. 55. qui aut medicus, aut medicorum consilio adhibito id tentasset, pro servanda vita matris, modò fœtus verè necedunt sit animatus anima rationali. Citat pro hoc Covar. in relect. Clem. si furiosus. p. 2. §. 3. sub n. 1. Graff. loc. cit. n. 24. Nav. in manu. c. 25. n. 62. Sayr. in clavi. reg. l. 17. c. 12. n. 19. Item, ut at idem n. 56. quidquid sit de eo, qui aliud agens, prater intentionem dedit causam abortivam, g. clerico adultero, qui fuit in causa, ut matritus sic percussisset uxorem, ut inde dispersus fuit fœtus. Citat appendic. ad Nav. consl. 35. de homicid. Ac denique non videtur his penas subjici, qui dedit remedium impeditivum conceptionis. Lott. cit. n. 56. remittens ad Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. 1. de disciplin. cler. §. 5. n. 27. & 28.

Quæstio 212. An, & qualiter inducat sodoma privationem beneficiorum?

REpondeo: inducere privationem & vacationem omnium beneficiorum ecclesiasticorum ipso jure. Gonz. gl. 15. n. 82. Lott. l. 3. q. 31. n.

39. Castrop. de benef. d. 6. p. 3. §. 8. n. 23. Lay. in c. cum i. cunctis. de Elect. §. inferiora. n. 17. Garc. p. 2. c. 10. n. 191. juncto n. 196. citantes Rebuffi de mod. amit. benef. n. 38. Non quidem, quantum est de jure co[m]uni; quia in eo textus nullus, qui hanc penam statuat (qui nec in eo expressum, quod irregularitatem inducat, ut Nav. in manu. c. 27. n. 249. Ugol. de irregularit. c. 43. §. 2. n. 4. Tolet. l. 1. c. 74. n. 3. Avil. de censur. p. 3. d. 5. dub. 3. contra Covar. in Clem. luxurious. p. 1. §. 1. n. 6. Clar. Lamb. apud eundem Garc. n. 194.) Id solum in eo expressum, quod tales sint privandi & deponendit nempe, c. clericis de excess. prælat. Gonz. Castrop. l. c. cit. Garc. n. 192. citans Diaz. in pr. crim. c. 86. Menoch. de arb. c. 286. Mandos. Clar. Licet alias hic unus ex principiis casibus, in quo concessa est Ordinariis facultas actualis degradationis, desumpta ratione ex Levit. c. 20. & ex Constitut. Constantii, & Constantini, in l. cum vir. t. ad l. Julianam de adulterio. Lott. n. 61. Verum ex perpetua constat. Pitt. V. quæ est illius 72. sub dato 3. Calend. Septemb. 1568. & incipit: horrendum; in qua Clerici hoc infandum scelus exercentes omni privilegio clericali, officio, dignitate, beneficio Ecclesiastico, auctoritate ejusdem Constitutionis privantur; ita ut per judicem Ecclesiasticum degradati potestati statim seculari tradantur. Adeo quehodiedum ipso jure privati beneficiorum, & in effectu irregulares existunt; Laym. Gonz. Castrop. l. c. Garc. n. 196. qui etiam n. 197. subdit, id procedere in foro interno, & in occulto, saltem quoad privationem executionis officiis, & inhabilitatem, seu quod ad irregularitatem in effectu, pro quo citat Nav. ubi ante n. 9. contra Ugol. Tolet. Suar. p. 5. d. 13. f. 4. n. 22. & alios, quorum sententia, ait Garc. n. 197. posset procedere solum in privatione beneficiorum, nimur quod ea non respiciat forum internum & occultum. Sic quoque ait Azor. p. 2. l. 7. c. 16. q. ult. in fine. ex Nav. juxta responsionem dicti Pontificis, hanc penam etiam privationis ipso jure respicere utrumque forum. Dicam quoque constitutionem procedere non solum in Clerico masculorum concubitore, sed & in eo, qui sciemnam præpostera venere cognosceret. n. 287. ex Prosp. de S. August. in additione ad summum. Bullarii. Quaran. v. sodomia. limit. 1. & alii, quos citavit n. 162.

2. Porro cum memorata constitutio dicat hoc clericis exercentes, quod verbum indicat usum, & consuetudinem, dictam penam privationis & alias non habere locum in iis, qui semel iterumve hoc crimen perpetraverunt, sed solum in iis, qui quasi ex usu continuato & quotidiano illud exercent (& ita, ut Garc. labuntur in hoc crimen, ut arbitrio boni viri dici possint exercitatores illius, tradunt Azor. Castrop. l. c. Garc. n. 198. citans Suar. ubi ante n. 20. Sayr. de cens. l. 7. c. 12. n. 23. Rodriq. regular. gg. 16. 1. 4. 30. a. 19. Ugolin. ubi suprad. & Nav. ubi ante, qui etiam dicat, sic sibi respondisse Gregor. XIII. & Matthæum Contrarellum, ejus Daratium; Lott. loc. cit. n. 66. citans insuper alios contra Casval. q. 228. n. 4. Saked. Azevedo. apud Garc. n. 199. tenentes, locum esse dicta Constitutioni etiam in eo, qui semel hoc crimen patravit; eo quod sic videatur statui in constitutione anteriore alla ejusdem Pitti quinti, quæ est 5. in ordine, cuius meminie haec posterior, in qua adhibetur verbum perpatrat, quod non expicit criminis iterationem. Ad quod tamen respondeat Rodriq. loc. cit. quod licet pena istius prioris Constitutionis comprehendat perpatrantes, pax tamen hujus posterioris constitutionis